In Nomine Domini amen. Anno ab eius Nativitate Millesimo, quing. Nonag.
Indict. octava, die sabbati Undecimo mensis January m. Michael fq Johannis de Vi
viano habitator Blanzoni Tertiery superioris vallis tellinae et agens infrascripta consensu ec sin
gula accedente consensu sp. d. Jacobi Robustelli fq sp. d. Jo. antony de Gro. pubtio domini
Directi infrascripti fundi, et non aliter nec alio modo, et ubi et quatenus de Jure fieri
possint et non aliter etc. ultra. Remissit et renuntiavit, ac remittit, et renuntiat
Francisco fq Bernardi olim Andrioli de Lugono comis Tilly habitatori Blanzoni
p. ibid. pnti et acceptanti pro se suisq. fil. her. et successor. quibuscumq. Utile dominium
naturalemq. potem, et melioramenta quaecumq., ac quodcumq. aliud Jus, et actionem ad eum Michae
lem quomodocumq. et qualitercumq. spectantia et pertinentia in et super petia una terre
Campive, et partim Zerbive cum pluribus plantis arborum Castanearum s. cum arcu
tis a duabus partibus, scilicet a mane, et a sero incohatis, et aridatis iacentis in
Territorio Blanzoni in contrata de Sancto Martino, cui a mane coheret Viale comis, a
meridie t. p. Petrum fq Christophori dela Rischelda, a sero t. p. here. Ant. Viviani
et a nullhora strata salvo errore coherentium, quae petia per eundem Michaelem recogno
scebatur alias a Mensa Episcopali Comi, et modo a p. d. Jacobo Robustello, et hoc
cum onere annuatim de coetero solvendi per eum Franciscum super dicta petia quo
d. Directo staria sex bladi pro medietate siccalis, et milij Consignatorum, prout de
Jure consignari debet iuxta Jura dicti d. Directi, versus quem idem Franciscus
promisit, et promittit obligando se, et omnia sua bona praesentia, et futura, relevare, et
conservare dictum Michaelem, et eius bona praesentia, et futura indemnem, et
illesum, ac indemnia, et illesa a solutione dicti ficti in futurum usque in perpetuum
Et hec omnia Cum suis Jur. et pertinentiis Cum Ces. Jur. etc. Parab. intrandi
etc. ac Constitut. etc. Cum Promis. etc. deff. etc. in et sub poena dupli
Precij infrascripti etc. Precio librarum Tercentum, et Triginta quinque impr. ex
et de quibus libris Centum, et Nonaginta quinque, sol. decem, et octo, cum
dimidio impr. idem Michael fuit, et est contentus, et confessus se habuisse,
et recepisse ab eo Francisco libras quadraginta quinque, cum dimidia, sub
die lune decimo sexto mensis Decembris proxime ellapsi, Et libras Centum
et quinquaginta sol. octo dinar. sex impr. in dinar. ibid. coram me
notario et Testibus infrascriptis actualiter numeratas, Et libras Centum, et Triginta
novem solidum unum dinar. sex dicti Michaelis restantes ex dicto Precio
idem Franciscus promisit, et promittit obligando se, et omnia sua bona praesentia et futura
dare, et solvere dicto Michaeli ibi praesenti, et acceptanti pro se suisq. fil. her. et
successoribus quibuscumq. hinc ad annum unum proxime futurum Una cum
interesse ad computum septem pro centenario ac Una cum expensis etc.
Et hec omnia pro praesentis Remissionis etc. Precio Remissionis etc. Qui Michael
Remittens, et Franciscus emptor, et debitor ultra Juraverunt, et iurant
ad Sancta Dei Evangelia manibus eorum tactis corporaliter scripturis in manibus
mibus, et addelatum mei notarij infrascripti praesentis Remissionis, et promis
sorum omnium, et singulorum Instrumentum, esse verum et iustum, et non fictum
neq. simulatum, nec in alicuius fraudem confectum illudq., et omnia
et singula in eo contenta perpetuo, et omni tempore ratum et firmum
ac rata et firma habere, et tenere, et eis nullo tempore contra facere,
nec contravenire ratione aliqua vel occasione Jur. vel facti comis ut
supra. Actum Blanzoni predicti in contrata de Platea in Domo cubi
culari ip. m. Michaelis praesentibus ibid. pro Testibus ad hec
specialiter vocatis, et rogatis Petro fq Johannis de Bario, Ant.
fq Betini de Morellis, et Righetto fq Petri de Righetto,
omnibus Blanzoni predicti habitantibus notis et Idoneis.

A B

Ego Antonius filius d. vitalis a Bario habitator Blan
zoni predicti publicus apostolica, imperialiq.
authoritate notarius vallistellinae hoc Instrumentum
Remissionis promissorum praemissorum, et singulorum
rogatus tradidi, scribi feci, et hic
pro fide mei subscripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1879644215-11/fragment/page=0001

Morbio 32, 73.

1595 11/I

Remissio sp. d. Jacobi Robastelli de Grosupto facta p. Michaele in lunam
de Blanzono Francisco & Bernard. Andrioli de Sugono Comu. ...
fitori Blanzoni 1595 · extracta p. d. Jacobo expensis dicti Fran. vigore pa...
de quo in Ratificatione.